

1554

Assertiones Theologicæ de Baptismo & confirmatione Propositæ Romæ cum multis alijs Theo logicis con- clusionibus in publicam disputationē anno Domini 1554. Mense Octobris. In Collegio Societatis

IESV.





Romæ apud Antonium Bladum.

M. D. LIIII.

[illegible] tissimo, quod paruulos
[illegible] a Christo domino fuisse
[illegible] fuisse factã quæ
[illegible] explicaretur, accede
[illegible] exulit
[illegible] potestate Chri
[illegible] primum quo Ioãnes
[illegible] mundo pa
[illegible] renouatios
[illegible] Ioannis remissionem
[illegible] q in
[illegible] in aqua baptizabat,
[illegible] vim baptismo
[illegible] Christi ins
[illegible] cuiusmodi aquã
[illegible] nomine confirmationem non
[illegible] excellentia Christi supra
[illegible] consulit, demõs
[illegible] quæ per visibile spia
[illegible] optimo iure suisa
[illegible] obligatione homines
[illegible] verbis illis domĩg
[illegible] baptizatos hoc baptismo
[illegible] ex effusione reali sanguinis in
[illegible] voluntate, qua eam Patri vis
[illegible] in gloria intercludus esset,
[illegible] patefaceret
[illegible] Iudæos a circuncisionis obliga

De sacramento baptismi Theolo gicæ assertiones.

BAptismum non tam precepto, q̃ pacto firmissimo, quod paruulos æque ac adultos cōplecteretur, institutum a Christo domino fuisse, vt necessarium ad animæ salutem remedium.

Eius primam institutionem in Iordane per columbam fuisse factā, quę bis supra Christi caput apparuit, semel cum, vt baptizaretur, accederet, iterum verò postq̃ caput ex aquis iam baptizatus extulit.

Ab eadem columba declaratū fuisse, longe excellentiori potestate Christum in baptismo vti, q̃ ecclesiæ ministros: & baptismum, quo Ioānes vtebatur, in alium prestantiorem esse mutandum.

Baptismi Ioannis scopum fuisse, Christum & eius baptismum mūdo patefacere, ac homines corporali ablutione ad quęrendam renouationem animorum, quam Christus erat præstaturus, excitare.

Assentiendū non esse D. Basilio, qui p baptismum Ioannis remissionem peccatorum collatam fuisse putauit.

Illos verò nulla ratione ferendos, qui baptismū, quo nunc vtimur, ꝙ in aqua administretur, a baptismo Ioannis, qui etiam in aqua baptizabat, non discernunt, quiq; hanc ob rem omnē spiritualem vim baptismo nr̃o detrahūt, nō animaduertentes, aqua nūc nos vti, quæ Christi institutione instrumētum facta est spiritalis ablutionis, cuiusmodi aquā Ioanni habere non contigit.

Hoc non obstare, quin fateamur, baptismi nomine cōfirmationem non nunquā in scriptura intelligi, presertim cum excellētia Christi supra Ioannem ex magnitudine donorum, quæ Christus contulit, demōstratur. Ab effectu. n. copiosioris sanctificationis, quæ per visibilē spiritus sancti donationē tunc in confirmatione fiebat, optimo iure fuisse baptismi nomen illi attributum.

Statim vt baptismus a Christo institutus est, pari obligatione homines ad illum suscipiendum fuisse obstrictos, ac nunc, vt verbis illis dominus declarauit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua etc.

Discipulos igitur Christi ante ipsius mortem baptizatos hoc baptismo fuisse, vt D. Augustino visum est.

Nō maiorē sanctificādi vim baptismum ex effusione reali sanguinis in cruce facta accepisse, q̃ ex promptissima voluntate, qua eam Patri viuens obtulerat, nec hoc obstare, quin aditus in gloriā interclusus esset, donec Dominus suo ingressu eū patefaceret.

Baptismi institutione non liberasse Dn̄m Iudæos a circūcisionis obliga

minibus declaraſſe non in circunciſione, ſed in baptiſmo medicinam peccati ipſorum ſitam eſſe.

De abrogatione verò circũciſionis & cęremoniarum veteris legis ita cẽſemus eas quidem in Chriſti morte conſũmatas fuiſſe, ac vim obligatoriam amiſiſſe, apud eos quidem certè qui vim mortis eius perfectè agnoſcebant, hoc tamen myſteriũ non ſtatim hominibus innotuiſſe ſed diuo Petro primũ fuiſſe reuelatum.

Iudæis huius myſterii conſciis licuiſſe aliquandiu legem ſeruare cũ iudęorũ tum gentilium cauſa, modò in fidei profeſſione libertatẽ euangelicam præſe ferrent.

Licuiſſe et illis ad certum tp̃s eius ſeriã obſeruationẽ fingere, quaſi abrogata apud iudęos nõ eſſet, modò ꝓfiterentẽ ipſam ad ſalutẽ nõ ſimplr̃ eſſe neceſſariã, ſed poſſe Gentiles abſq; ea per Chriſti fidẽ ſaluari.

Nullo tamen modo licuiſſe ſimulatione vti, qua gentiles ad iudaiſmũ inducerentur, proinde iure D. Petrũ a Paulo fuiſſe reprehenſum.

Abſtinentiã a ſanguine & ſuffocato rectè gentilibus ab Apoſtolis fuiſſe ad tẽpus impoſitam, quòd hanc legem non ad cęremonias, ſed ad decorẽ morum iudæi referrent.

Diuum Paulũ magnũ diſcrimen conſtituere inter leuiores cęremonias, quales erant delectus ciborũ, & grauiores, qualis erat circũciſio. Nã hærentes in illis ſuſtinendos eſſe eũ iubere, quòd eas obſeruare viderentur tanquã præcepta ad externã politiam pertinentia. Has vero mordicus retinentibus nihil Chriſtũ prodeſſe clamare, quòd videlicet non retinerentur, niſi ſalus in illis conſtitueretur.

Vt ad baptiſmũ autem redeamus, eius tantã fuiſſe neceſſitatẽ aſſerimus poſt primã eius inſtitutionẽ, vt ne per martyriũ quidem abſq; eo re vel voto ſuſcepto quiſquã ſaluari poſſet, non quod martyriũ ſua vnquã corona fruſtretur, ſed quia indigna hoc nomine mors eſt, quæ ſine fide & deſiderio ſaltẽ baptiſmi ſuſcipitur.

Mortẽ innocentiũ (quos Herodes interfecit) ſingulari Dei prærogatiua & exceptione in martyriũ fuiſſe acceptatã, idq; nobis ex vetuſta traditione & magnã totius eccleſiæ conſenſione conſtare.

Formã huius ſacramenti vnicam eſſe, & eam, quã dominus præſcripſit, nec ſine illa collatũ vnquã baptiſmũ fuiſſe, grauiſſimis eccleſiæ doctoribus placuiſſe, & defendi facile poſſe.

Diuo quidẽ Ambroſio aliud viſum eſſe, nẽpe ſufficere vnicam tantũ ex perſonis nominari, ſiue Patris, ſiue Filii, ſiue Spirituſſancti. Hoc tamẽ illi viſum eſſe, dum in hoc argumento nimio ſtudio incenſus verſaretur, vt confirmaret, vna perſona in ſcripturis nominata, reliquas ſub intelligi

intelligi oportere. At diuũ Basiliũ (quem imitari alioqui libentissime solet) dum eandẽ materiam tractaret, aperte scripsisse nomenclaturã triũ personarũ necessario, in baptismate esse obseruandã, atq; hãc traditionẽ immobilẽ manere oportere.

Quod in actis Apostolorũ legimus apostolos in Christi nomine baptizasse, non esse plane ad formã referendũ, non magis q̃ id, quod scribitur, Ioannẽ baptizasse in nomine venturi, sed vel eo sensu accipiẽdũ quo scriptũ ab Augustino legimus, ministros Ecclesiæ in Christi nomine nũc baptizare, quia Christi instrũ sunt, de quo scriptũ est. Hic est qui baptizat in spiritu: vel affirmandũ, ideo dictos esse Apostolos in Christi noĩe baptizare, quod baptismũ docerent ex Christi meritis vim habere, ipsum proinde fide & charitate esse amplectendũ.

Legitimũ baptismi ministrũ per ordinis sacramẽtũ constitui, cũ diuo Hieronymo, Augustino, & aliis doctoribus recte defendi.

Munus hoc, quod Philippũ diaconũ gessisse constat, non apparere supra officiũ & dignitatẽ diaconorũ esse. Nã q̃d multi Pontifices olim cauerunt, ne diaconi baptizare auderent, nisi in necessitate, & id quidẽ iussu sacerdotũ, si qui forte adessent, a quibus ea facultas peti posset, id videri fuisse pręceptũ propter consuetudinẽ porrigendi Eucharistiã, quæ Hieronymi & Augustini tẽporibus adhuc seruabatur.

Porro etsi legitimũ baptismi ministeriũ per ordinationẽ conferatꝰ, ipsam tñ baptizandi potestatẽ simpliciter a deo oĩbus hominibus cuiusuis sexus, & conditionis, etiã non baptizatis (de quibus D. Augustinus magnopere dubitauit) factam esse.

Hanc potestatẽ a ministris non legitimis ita demũ licite & absq; peccato exerceri, si vitæ exitus impendere baptizandis videatur, nec minister alius magis idoneus præsto adsit.

Potestatẽ ministris baptismi a Christo dño traditã tantam fuisse, quanta maxima ea est, quæ cũ puris hominibus potuit cõmunicari. Non.n. assentiendũ esse diuo Augustino potestatẽ Christũ vllam retinuisse, quam potuisset hominibus impartire.

Potestatem excellentię, de qua scriptores quidã Augustini sententiã interpretantur & verã esse contendunt, cõditiones habere cuiuis puræ creaturæ penitus incõmunicabiles.

Effectus baptismi, (qui opera operata dici apte solent) duos esse, characterem, & regenerationẽ, tam dissimiles illos quidẽ inter se & tã varias dispõnes in adultis suscipiẽtibus exigẽtes, vt mirũ nõ debeat accidere, si veteres ad differẽtes hos effectus spectãtes, cũ de cõdõne baptizandorũ scribunt, diuersas & parũ cohęrentes videanẽ protulisse snĩas.

Adultos & characterẽ (qui sacrm dicitur) absq; regñatione, & regñatio

nem (quæ res sacramenti appellat) absq; charactere posse suscipere.

Paruulis contrà nec sacramẽtum sine re, nec rem absq; sacramento posse contingere absq; singulari Dei priuilegio.

Hoc priuilegio donatos aliquos fuisse et cũ in vteris matrũ inclusi existerent, vt sacratissimam Virginem, & D. Ioannẽ Baptistã, etsi D. Augustinus soli Christo contigisse affirmet, spiritum sanctũ inhabitantem in vtero habere.

Aduersus veterum sententiam neotericos quosdã ausos esse affirmare, paruulos fidelium absq; charactere baptismi salutẽ nũc posse assequi, rationibus, nostro iudicio, non admodũ validis innixos.

Eos etiã sententiã nouam, & a veteribus explosam afferre, qui applicari baptismũ ad eos posse aiunt, qui nondũ caput extra vterũ matrum in lucẽ protulerunt, regenerationẽ illis, anteq̃ nascantur, attribuentes.

Nec in paruulis, nec in adultis posteriorẽ baptismi effectũ ex opere operantis. i. ex pietate aut impietate baptizantis pendere.

Adultos hunc posteriorẽ effectum, idest rem baptismi, nec extra ecclesiã catholicã, nec absq; motu fidei & charitatis in deum, consequi posse.

Difficillimã ad cõstituendã hanc esse quęstionẽ, an ad characterẽ baptismi imprimendũ sufficiat formã a Christo traditã, a quouis baptizante, quocũq; tẽpore, & qualibet intentione ac voluntate, cũ aquæ intinctione pronunciari, & in adulto obicem voluntatis aperte reclamantis non inueniri. Ac D. quidẽ Augustinum dubiũ sententiæ plurimũ optasse cõcilio generali controuersiam hanc explicari, de qua ille varias diuersis in locis secutus est opiniones.

Sententiã in hac ambiguitate in primis probandam & quę proxime ad summorũ Pontificũ decreta accedat, hanc esse, Characterẽ baptismi imprimi non posse, nisi in baptizante adsit intentio conferendi qđ in ecclesia Christiana conferẽ, nec referre quo tandẽ fine ille baptizet, nec vllam in eo fidẽ esse necessariã. In eo verò qui baptizatur si ratione vtitur, aut aliquãdo vsus sit, fidem aliquã & voluntatẽ saltẽ mixtã, recipiendi baptismum vel pñtem adesse, vel præcessisse oportere, nec actum vllum contrariũ postea secutũ esse.

Vanas esse, & nullius prorsus momenti rationes, quas quidam neoterici ad euertendam huius intentionis necessitatẽ cõmenti sunt.

Inter ceremonias, quę in baptismo adhibentur immersionẽ non esse vllam quidẽ simpliciter necessariã, vt baptismus conferatur: at esse tanti momenti, vt difficile iniri ratio possit ad excusandos eos, qui illã absq; vlla vel concilii, vel Pontificis authoritate in quibusdã ecclesiis intermiserũt: etenim prętereq̃ qđ expressissimã cõtinet imaginẽ rei, quæ geritur, & significationẽ valde salutarẽ, de qua nos D. Paulus admonet,

tum ea vsos apostolos esse constat, ipsamq; eo numero apud maiores nostros habitã, vt de ea fermé, oẽs veteres scriptores tanq̃ de re necessaria loqui videant. Nec facile erit inuenire qui ante q̃ngentos annos de alia baptizandi rõne mentionẽ faciat. Ac ante D. quidem Gregoriũ, qui vel primus, vel inter primos trinam mersionẽ nõ esse necessariam, sed vnã sufficere admonuit, veteres fermé semp de trina immersione locuti sunt, ita vt eã D. Hieronymus inter traditiones numeret, quę in catholica ecclesia absq; testimonio scripturæ seruantur.

Hanc vnam verã esse cãm, cur paruuli eorum infidelium, qui serui Christianorũ non sunt, baptizari inuitis parentibus nõ debeant, q̃ nimirũ proiicienda non sit tam pręciosa margarita porcis, neq; iis quos certitudine morali porcos futuros esse credamus, qui eam oppressuri & conculcaturi sint, tum ꝑpter indolem quam a parentibus inter quos educabuntur accipient, tum propter licentiã quã extra ecclesiã viuentes habebũt. Hanc veró cãm ita demum locum habere, si vitæ exitus paruulis ipsis impendere non videatur.

Porrò impendente pñti mortis periculo, nihil causæ dici posse, cur non liceat & hęreticorum, & infideliũ infantibus, inuitis etiã parẽtibus, baptismum conferre, si graue aliquod reipub. dãnum non timeretur, vt magna verbi gratia pacis conturbatio.

Culpa procul dubio non carere catholicos viros, qui spondere pro infideliũ, & hæreticorum pueris in baptismo, vt patrini, audent, nisi sperent eos a parentũ gubernatione subducendos & alibi catholicé educandos. Ad hanc enim rẽ pręstandam obligati illi manebunt, si eos in baptismo tenuerint.

In vniuersum aũt patrinorũ curam eo tẽpore pręsertim inuigilare debere cum vacua iuuenũ baptizatorũ pectora vera, aut falsa religione imbui & possunt & debent, nec hanc quidẽ curam citra peccatũ ab iis posse deponi, nisi confidant illos, apud quos filiastri educant, hoc officium rectè præstaturos.

Perniciosam esse eorũ doctrinã ac baptismi paruulorũ vim totam eneruare, qui consuluntvt iis, qui in infantia baptizati sunt, cum ad annos discretionis peruenerint, optio publicé in ecclesia fiat confirmandi, aut rescindendi promissionẽ in baptismo factam: quasi nulla fuissent antea illi per baptismi sacramentũ aliorũ consensu & voluntate susceptum obligatione apud deum & apud ecclesiam cuius mebra effecti fuerint obstricti.

Illorũ veró dogma non perniciosum modó esse, sed etiam insanum: qui cum nec baptismi vim, nec morbi, & sanitatis animi naturam perciperent, sanari hominem, cum baptizaretur, contenderunt morbo vete-

ri in eo manente, nec vlla ad ipsum sanitate accedente: sanari aũt per imputationẽ iustitię Christi, quę per fidem fieret. Hanc verò imputationem aliis hominibus per baptismũ patefieri, quem cęremoniã propemodum ociosam faciunt, dum nullam aliam vim illi, q̃ signo merè speculatiuo tribuunt.

Catholicam porro veritatẽ hanc esse, deleri penitus per baptismum tanq̃ per pactionale instrumentũ diuinę virtutis culpam oẽm (quæ morbus est animę &, vt in genere de originali, & personali dicaẽ, defectus rectitudinis vel actualis, vel habitualis rationis & voluntatis, sed volũtatis pręsertim) oẽmq; pęnę reatum tolli, ac gratię, & charitatis donũ conferri, in quo sanitas spiritualis cõsistit. Concupiscentiã aũt peccatum non vocari nisi analogicè vel quia ex peccato fluxit, vel quia ad peccandũ inducit. Ipsam porrò etiam in iis, qui dignissimè baptizanẽ, post baptismũ in fidei meritum, & virtutis exercitationẽ manere, sed fractam aliquantulum & debilitatã: frangi autẽ & eneruari quotidie magis ac magis consuetudine sancta & studiosa.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIOnis Theologicæ assertiones.

CVM vita spiritalis similes ferat, analogia quadã varietates & differẽtias, difficultates quoq; & indigentias, ac vita corporalis, distincta profectò sacramenta extare oportuisse, vt differẽtia per ea dona conferrenẽ. Sapiẽtissimè itaq; prouisum à deo fuisse, vt præter baptismũ, cuius regeneratione homines paruuli tantũ & infantes in spiritali vita efficiuntur, cõfirmationis sacr̃m adderetur, quo in eadẽ vita adolescere & corroborari, ac virilem statum sumere possent.

Qui negant igitur vllum confirmationis sacr̃m a Christo dño in Ecclesia fuisse relictum præterq̃, quòd perperam ea scripturarũ loca inuertunt, quę eius mentionẽ non obscuram faciunt, ac nimis impudẽter, sanctissimis & vetustissimis Ecclesię doctoribus ac Pontificibus aduersantur, tum grauem sanè, contumeliam facere suauissimę & sapientia plenæ Christi gubernationi.

Dominũ in sanando eo cęco, de quo apud Marcũ mẽtio fit, progressum adumbrasse, quo in conferendis spiritus donis vti soleat: Expressisse aũt cum Apostolos (quos iam antea in baptismo spũs sancti infusione genuerat) in die Penthecostes copiosiore eiusdem spũs donatione corroborauit vt firmi & stabiles in vita spiritali perseuerarent.

Secundm vnctionem, per quam Saulem, & Dauidem in regno confirmatos

matos fuisse legimus, figuram extitisse secundæ vnctionis, qua Christiani, iam antea per baptismum in reges, & spiritales sacerdotes vncti, per confirmationem in eodem regno, & sacerdotio ita stabiliuntur (virili quodãmodo incremento, & robore suscepto) vt non tantùm inire pugnam intrepidè cum hostibus fidei audeant, sed illos vincere & superare facilè possint.

Impiam illorum hęresin, qui contendunt olim per manuum impositionem, quæ in huius sacramenti administratione adhibebatur, non sanctificationem vllam hominibus contigisse, sed donum tantùm linguarum, atq; alia eiusmodi charismata fuisse collata, quę bonis cùm malis cõmunia sunt, vnico illo Christi verbo apertè confutari, quo fore promisit, vt per hoc sacramentũ virtute ex alto hoĩes induerent.

Non vim magis sanctificatricem habuisse confirmationem primitiuæ Ecclesiæ, atq; eam, qua nunc vtimur: etsi visibiliter per illam traderet spiritus sanctus, qui nunc inuisibiliter donatur. Visibilem aũt donationẽ spiritus sancti ea cã tunc fuisse concessam, qua cætera fuerunt in illo nascentis Ecclesiæ exordio à Christo dño, & ab Apostolis edita miracula: vt confirmaretẽ videlicet & pñtium, & futurorum hominum fides, atq; vt oẽs disceremus, quàm diuina lateat in hoc sacramẽto virtus. Quo planè consilio descendere visibiliter spũm sanctum in baptismo Christi deus voluit, & olim Iudæis concessit, vt semel visibiliter Moysen secum colloquentem deprehenderent.

Cum spũs sanctus visibiliter in cõfirmatione dabatur, ociosum fuisse, ad manuũ impositionẽ chrismatis vnctionẽ addere, q̃ hæc ad significandam ipsam donationem instituta a dño fuerit: cessante autem visibili donatione, necessariam fuisse externam chrismatis vnctionẽ in fronte cum signo crucis, adhibita hac forma verborũ: Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in noĩe Patris, et Filii, & Spũs sancti. Nec dubitandum esse, hanc doctrinam ab Apostolis ipsis fluxisse, vt D. Dionysius testatum reliquit.

Pauca esse in religione Christiana dogmata maiori vetustissimorũ conciliorum, Pontificũ, & doctorum consensione recepta, q̃, quod hoc sacrm cõfirmationis constituit. Nam præter innumeros Põtifices, antiquissima certè concilia Nicęnum, & Laodicense, doctores item D. Dionysium, Iustinum martyrẽ, Clementẽ Alexandrinum, Tertullianum, Cyprianum, Basilium, Eusebium, Hieronymũ, & Augustinũ (vt nihil de aliis dicamus) perspicuis verbis de eo mentione fecisse.

Valde impiam, & temerariã esse hęreticorum calũniam, qui sacrm hoc temporarium extitisse cõmenti sunt, nec vsui Christianis fuisse post prima nascẽtis Ecclesiæ tempora. Etenim cùm periculum vsq; duret,

nec desit vnq Christianis colluctatio aduersus Spiritus, & potestates tenebrarum, nefas planè esse, arbitrari, sublatum esse remedium, qđ ad id propulsandum deus instituit.

Cum verò victoria, quæ ex hac colluctatione reportatur, ad salutem sit necessaria, non posse haud dubiè sacr̄m hoc, cùm suscipi commodè potest, absq; peccato ab adultis negligi: in quo ad eam obtinendam maximum Deus præsidium hominibus parauit.

Huius tanti fructus fidem, & perfectam cognitionem in causa fuisse, cur veteres sanctissimi Patres soliti essent confirmare adultos, statim vt baptizabantur.

Cur autem non fuerit in consuetudine positum, vt paruuli ante aliquē vsum rationis confirmarentur, à nullo fuisse vel concilio, vel Pontifice declaratum: etsi apud scriptores recentiores receptum videatur, sacr̄m hoc suscipi à paruulis sine vllo proprio consensu, perinde vt baptismum, posse. Verùm cum duplex huius, sicut baptismi, effectus sit, character, qui sacr̄m dicitur, & res sacramenti (quæ in confirmatione augmentum gratiæ, & virilitas spiritalis est) interesse profectò, vt per concilium definiret̄, an à paruulis, qui vsum rationis non habēt, vterq; possit percipi, an neuter, an solus character. Characterem solum non videri, quia semper eum res sacramenti consequitur, cùm abest obex. Si vterq; percipiatur, causam dici non posse, cur non statim post baptismum confirmatio conferatur, cum æquè possit de cōfirmationis, ac de baptismi susceptionè certior postea reddi. Si neuter, expectari igitur oportere tempus, cum tentationibus & oppugnationibus dæmonum homo sit obnoxius: vt tunc donum hoc expetere possit, & expetitum cum animi gratitudine capere.

Rem esse planè modis omnibus à viris piis deplorandam, hoc tantum, & tam diuinum sacramenti huius beneficium (sine quo maiores nostri crediderunt, id quod verissimum est, perfectum Christianum esse posse neminem) tam despectum hodie iacere apud plerosq; vtriusq; sexus catholicos, præsertim verò apud fęminas, vt pro nihilo ducere videantur, eo carere.

Singulare quiddam, & in aliis sacramētis prorsus inusitatum in huius sacramenti ministris inueniri: Etenim cum ordinarium, & legitimum eius ministerium apud solos Episcopos sit (non id vtiq; propter frontis dignitatem, cui vnctio in eo adhibetur; nam vertex capitis, quē simplex sacerdos vngit, frontem dignitate antecellit; Sed ꝑpter effectus præstantiam, qui cum sit perfectio & consumatio, illis iure cōpetit, qui ex officio perfectiui & consumatiui sunt, vt D. Dionysius inquit;) Sed cum legitimi huius sacramenti ministri soli sint Episcopi adeo vt

irrita esset, & vana confirmatio, quam simplex sacerdos conferre attẽtaret, (vt Eusebius Papa, & martyr scriptum reliquit.) Tantum tamen hac in parte plenam summi Pontificis potestatẽ valere, vt cõmunicare ministeriũ hoc authoritate sua cum simplicibus sacerdotibus possit, quẽadmodum ea fuit olim à D. Gregorio cõmunicata.

Rationẽ, quam quidam neoterici excogitarunt ad conciliandum Gregorium cum Eusebio: presbyteris quidẽ potestatẽ vngendi in fronte cõmunicari posse, at non potestatem manus imponendi, in qua maxima huius sacramenti vis sita est: sed hanc rationẽ non inanem modò esse, verùm grauem etiam errorẽ continere. Etenim postq̃ spiritus sanctus visibiliter dari desiit, multò plus vnctioni Chrismatis, q̃ manuum impositioni in Ecclesia semper fuisse tributum. Adeo vt cõtendant multi, manuum impositionem ad substantiam huius sacramenti non pertinere, sed tantùm ad decorem.

